

ἀντιδάκτυλος / antidactylus

ΣΟΦΟΚΛΗΣ. 215. 15 sqq. ἀνάπαιστος δέ, ὄν καὶ καλοῦσι τινὲς ἀντιδάκτυλον, ἐκ δύο βραχειῶν καὶ μακρᾶς, τετράχρονος. ἐκλήθη δὲ οὕτως διὰ τὸ ἀντικείμενως ἔχειν τῷ ἠρώφῳ (δύο γὰρ ἔχει βραχείας κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς πλήξεως τοῦ ῥυθμοῦ, τὴν δὲ τρίτην μακρὰν ἐν τῇ θέσει) καὶ ἄνω παίειν ἀεὶ.

ΣΤΕΡΝ. in Aristot. *rhet.* III 1. 9, 1404a. 30 (*Comm. in Aristot. Gr.* XXI 2, p. 315. 34 sqq. Rabe) ‘τευτος ἐάλω’ (Dem. 21. 58) ἑτέρα καὶ τοῦτο διποδία ὡς ἐν καὶ αὐτῇ μέτρον ἀπὸ τοῦ τροχαίου καὶ ἀντιδακτύλου ἤγουν ἀναπαιστού (οὗτος γὰρ καὶ ἀντιδάκτυλος λέγεται).

ΤΡΙΧ. 367. 6 sqq. ὁ δὲ ἀνάπαιστος, ὄν τινες καὶ ἀντιδάκτυλον καλοῦσι διὰ τὸ ἐναντίως ἔχειν τῷ δακτύλῳ, ἐκ δύο βραχειῶν καὶ μακρᾶς σύγκειται οἷον ‘λεγεών’.

ΤΡΙΧ. 381. 6 sqq. μετὰ τὸ περὶ τοῦ δακτυλικοῦ, τοῦ τε κυρίως καὶ τῶν εἰδῶν τούτου, διαλαβεῖν εὐλογον ἂν εἶη καὶ περὶ τοῦ ἀναπαιστικῆς μέτρον διδάξαι. ὡς γὰρ ὁ τροχαῖος καὶ τὸ ἐκ τούτου μέτρον ἀντιπαθεὲς ἦν τῷ ἰάμβῳ ἐν πᾶσιν, ὡς ἔφαμεν, οὕτω καὶ ὁ ἀνάπαιστος, ὄν τινες ὡς εἵπομεν καὶ ἀντιδάκτυλον καλοῦσι, τῷ δακτύλῳ. πάλιν γὰρ κἀνταῦθα μιᾶς συλλαβῆς προσθεθείσης ἢ ἀφαιρεθείσης τοῦ δακτυλικοῦ στίχου γίνεται ἀναπαιστικὸς καὶ ἔμπαλιν οἷον καὶ σὺ μάκαιρα.

ΣΧΟΛ. B in Hephaest. 301. 10 sqq. τέταρτος <ὁ> ἀνάπαιστος ὁ τούτῳ (*scil.* τῷ δακτύλῳ) ἀντικείμενος, ἐκ δύο βραχειῶν καὶ μακρᾶς, οὗ χάριν ἀνάπαιστος κέκληται οἷον εἰ ἀναπεποδισμένος, τουτέστιν ἀντίστροφος, δάκτυλος, ὁ καὶ ἀντιδάκτυλος.

ΑΡΤΗΘΝ. GL VI 45. 18 sqq. huic (*scil.* dactylo) contrarius mutata temporum vice, pari autem magnitudine, erit anapaestus, qui et antidactylus vocatur, ut ‘scopulos’. horum in arsi et thesi tempus congruit, etiamsi in percussione discrepent syllabae. anapaestus autem a situ contrario et repercussione dactyli, quod est ἀντιπαίεσθαι, dictus; ideoque antidactylus nuncupatur.

ΑΡΤΗΘΝ. GL VI 74. 35 sqq. anapaesticum metrum originem trahere a rhythmo dactylico in dubium non venit, cum isdem temporibus uterque eorum syllabisque subsistat: unde a quibusdam antidactylus dicitur, siquidem dactylus e longa et duabus brevibus, anapaestus e duabus brevibus et longa digesti situ ordinis tantum discrepare videantur.

ΑΡΤΗΘΝ. GL VI 125. 21 sqq. item alia (*scil.* anapaestici metri genera) de hexametro eius species ex eodem dumtaxat versu, in quo praeter ultimum omnes dactyli pedes sint, ut: (cf. Verg. *Aen.* IX 503)

at tuba terribilem sonitum dedit aere recurvo.

adempta enim prima initiali et tertia <ab> ultima syllaba fiet:

tuba terribilem sonitum dedit aere curvo:

percutitur, ut vides, anapaestis quattuor, ultimo bacchio a brevi incipiente. item: (inc. 87 [FPL 454] Blänsdorf)

ast ego iam Bromio thiasos celebrabo <re>nato,

ex quo anapaesticus talis:



ἀντιδάκτυλος / antidactylus

ego iam Bromio thiasos celebrabo nato.
rursus anapaesticus in heroum commigrabit hoc modo: (Ter. Maur. GL VI 382. 1915)

tibi nascitur omne pecus, tibi crescit haedus;
huic si adicias quae heroo detraxeras, id est primam et tertiam <ab ultima> syllabam, fiet versus herous ita:

nam tibi nascitur omne pecus, tibi crescit et haedus.

ita ex se per adiectionem detractionemque parantur, ideoque a quibusdam anapaestus antidactylus dictus est, cum eiusdem cognationis iure proximi in eandem temporum legem numerumque concurrant.

DIOM. GL I 478. 27 sqq. huic (*scil.* dactylo) contrarius est anapaestus, quem antidactylum Graeci nominant. constat ex duabus brevibus et longa temporum totidem, ut ‘nebulae’, dictus παρά τὸ ἀναπαίειν κατὰ τὸ ἀνάπαλιν ἀντικρούειν πρὸς τὸν δάκτυλον, quia recurrendo repercutiens dactylum sono reciproco obloquitur ei per antistrophen. [B.M.]